IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 78r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Dixit insipiens idest iudeus uel antixpus uel aliquis de familia sua in corde suo non est deus sc xpus

Unde est hoc q hocidem multi dicunt hodie, qui scilicet corrupti sunt ab omni vi racionis in quo verbo omnes heretici denotati sunt nam de deo recte non credidisse corruptio est, et quia mala fide itur ad turpes mores et in teterrimas iniquitates, abhominabiles facti sunt deo in desideriis suis et non est de illis qui faciat bonu meritoriu quod fieri non potest sine fide p dilectoe; opante

Pro examinanda veritate Dominus per sanctos viros celestes quasi examinatores veritatis faciet prospicere sup filios hom et videri siue scire faciet si est aliquis ex illis intelligens vera cognicione deum, aut recta operacione requirens deum

Omnes filij hom qui sc nepharys psuasionibus excecatr declinauerunt a rectitudine iusticie hinc inepti sut facti ad consecucionem vite eterne non de nuo illorum incredulorum est qui faciat bonu meritoriu vsq ad vnum

Nonne cognoscent se impie agere isti qui operantur iniquitate :: utq cognoscent penarum experimento, qui fideles domini laniare intendunt, qui cont mandata eius viduas opprimut pupillos expoliant qui malicie dentibus plebe; meam assidue et delectabiliter ac si cibu panis comederent deglutiunt et consumut

Et merito hoc eis accidit, qm Deum non inuocauerunt intus in corde pro eternis bonis, quia in eum non crediderunt illic trepidauerunt timore sc ne adempta facultate fraudentr diuicijs minijs sc fruantr inuentis ne acquisitis priuentr honoribus ubi non erat timor iustus quia omnia ista humana condicione sunt relinquenda Illa vero non cogitant p que verissimo timore torquendi veniunt in eternum